frater praedicti Jacobi interfecti fuit electus ipsius infantibus pro advocato. Item praedictus Gaudencius[11] petit dimidiam partem nomine filiorum fratris sui Jacobi praedicti de Septem vernis porcinis, item unum agrum, quem emit ipse Gaudencius[11] a praedictis infantibus, quem tenet et habet Cornilia. Insuper ipsum Gaudencium[11] privavit et accepit advocatiam praedictorum infantium et suae ac omni hereditati ipsorum per vim et sine justitia. Et supra dictis omnibus rogavi dominum meum praepositum, quod faceret ipsi Gaudentio[11] iustitiam contra Corniliam et propter hoc vulneravit ipsum Gaudentium Cornilia. Item accepit Gaudentio 7 Karratas messis et tantum in feno, quod valet 7 libras mez. Item unum Caldare, quod valet 7 lib. mez. Et totam subpellectilem domus accepit praedictus Cornilia. No. defectum et damnum, quod post recessum domini S. (igfridi) Ep. Cur.[12] Mathias de Alrusen per Nobilem Donatum[13] dominum de Vatz et ipsius homines tam nobiles qam ignobiles a tribus annis (passus) est. Primo acceperunt homines illius de Vatz Ulrico et Mathiae de Alrusen[20] 30 med.[c] Cur. mensurae et 8 P. m.m. cas.[d] per duos annos contra justitiam. Videlicet homines de Valle Rheni[4] et de Schams. Item eidem unam funem de corio, — quae valet 2 libr. mez. Item praedicti homines de Valle Rheni[4] et de Schammes fregrerunt[c] villico Constanze Cellerar.[15] suum et acceperunt omnia, quae ibi invenerunt, quae valuerunt centum libr. mez. et plus. Item meniger de molendino[16] dedit coactus domino de Vatz 2 seumas vini, quod ipsum defenderet contra homines suos de lenze,[17] qui sibi acceperant pecora sua et pro eisdem peccoribus oportebat ipsum dare 16 libr. promittendo ac illis se placando et dando. Item illi de Tavaus[18] acceperunt paedicto menigero gramen de quinque diebus aratis et fenum . . . de valore 12 karratarum. Item illi de Stasama acceperunt sibi 3 mod. grani. Item plebanus de Vatz accepit omne granum de una ecclesia, in quam fugitabant homines ecclesiae Cur. in isto proelio. Item spoliavit Vincencius de mulden[19] homines ecclesiae Cur. in Alrusen[20] in ista treuga m. 4 karratas sem. et plus.

No. quod Thomas de Swaningen[21] de Surasaxo[22] inpignoravit a Jacobo Reden[23] in vita sua unum pratum dictum maschiegel[24] pro 23 libr. mez. et 2 sol. Item super idem pra-